



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 97. De prælio committendo deliberatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII.  
A. C. 1620.

## §. XCVII.

*De prælio committendo deli-  
beratum.*

Maximilianus haud ultra cunctandum ratus, octava ejusdem Mensis die cum toto Catholici fœderis exercitu progressus est, quem etiam ea, qua valuit celeritate, sequebatur Bucquoius a Tillio non multum remotus. Præ- primis vero dilapsos Bohemos una ex parte Bucquoiani, altera Bavarii infestantur, ac novissimos hostium affecuti ad Ruzinam pagum profligant, ad finitima Montis - Albi loca progressi; hac occasione parique insequendi ardore non modo Bavarus Baro Anholtius cum suis Equitibus, sed etiam Florenvil- lœus cum suo agmine, ac tandem totus exercitus pontem ab hoste relictum trajecit, inde planitem explicandæ aciei oppido commodam vicinumque collem nactus. Eo tempore hostilis Bohemorum acies in monte Albo stabant, in cuius vertice erat Regium Palatium, cui adjacet saltus a figura sua stellatus dictus. Postquam vero Fridericiani Belliduces Bavarorum motus compererant, mox intra Prætorium consultabant, utrum, & an illico in Catholicos irruendum esset? Id suadebat

Yy 5

Anhal-

**Sæc. XVII.** Anhaltinus, dissuadebat Hollachius,  
 A. C. 1620. prospero Boiorum successu; si enim Bo-  
 hemi statim in aciem Bavanicam du-  
 xissent, Bucquoio nondum Bavaris con-  
 juncto facile victoriam reportassent,  
 dum vero isti deliberationibus suis tem-  
 pus terunt, Cæsareis indultum est spa-  
 tium, instructa acie se Bavaris jungen-  
 di: quo facto, ubi dies octava illuxit,  
 vocati in consilium Catholici foederis  
 Belliduces, ex quibus Bucquoius Pra-  
 gam recta petendum existimabat, 'Ma-  
 ximilianus vero hostem e vestigio intra  
 sua castra necdum omnino firmata in-  
 vadendum. Prævaluit Ducis senten-  
 tia, præcipue ubi Legatus castrensis  
 Lamottæus, qui hostium castra coram  
 ,inspexerat, retulisset, ea non esse  
 ,adeo munita, quin superari nequirent:  
 ,tormenta quidem primo aggressuris  
 ,infesta fore, sed Cæsareorum subtus  
 transcurfu peracto, posthæc innoxie  
 ,tonatura: plus autem ab iis nocu-  
 ,menti fore, si prælio prætermisso,  
 ,exercitus Catholicus secundum mon-  
 ,tem, Pragam versus iter suscepturnus  
 ,esset.,

## §. XCVIII.